beatificabile et hoc ſolũ eſt ſubſtantia rõnalis per quã debebat fieri redemptio et recõciliatio. Ideo filiꝰ apparuit ſolũ in creatura rõnali ꝛ nõ quacũq; ſed reparabili. Sed ſignationi ſiue demõſtrationi pure. magis ꝯuenit creatura irrõnalis q̃ȝ rõnalis. ne forte crederetur vnita vnitate pſonali ſicut filius. Et iõ ſpũs ſanctus apparuit in creatura irrõnali tm̃. Inſup cõgruebat vt ſicut erat diſtinctio pſonaꝝ ita eſſet diſtinctio ſignoꝝ. vñ qꝛ filiꝰ apparebat in natura humana. nõ debuit ſpiritꝰ ſanctꝰ apparere ĩ illa nec ĩ angelica. qꝛ nõ erat vnibilis. ¶ Terciũ excellẽs ſignũ qđ apparuit in baptiſmo xp̄i dꝛ paterne vocis auditio. Audita q̃ ꝓpꝛ fuit vox patris dicentis. Hic eſt filiꝰ meus dilectus. ſ. naturalis. Alij aũt ſunt adoptiui in q̃ mihi bñ ꝯplacui. i. in quo volũtas mea cõplebit̃ de ſalute generis humani. Ubi claret ꝙ in baptiſmo xp̄i tota trinitas apparuit. vt dicit Nico. de lira ſup i. ca. Marci. Pater ĩ voce. ſpũs ſanctꝰ in columbe ſpecie. et filiꝰ in carne. Et ꝑ talẽ apparitionẽ trinitatꝭ demonſtratũ fuit ꝙ baptiſmꝰ q̃ baptizant̃ fideles cõſecrat̃ in inuocatõe et virtute trinitatis. ſꝫm illud Mat. vlti. Euntes docete oẽs gẽtes baptizantes eos in noĩe patris et filij et ſpũs ſancti. Hilariꝰ aũt ſup mattheũ ita pulcre loquitur. Sup ieſum baptizatũ deſcẽdit ſpũs ſanctus et vox p̄ris audita ẽ dicẽtis. Hic eſt filiꝰ meus dilectus. vt ex his q̃ ꝯſummabant̃ in xp̄o cognoſceremꝰ poſt aque lauacrũ et de celeſtibꝫ ꝑtibus ſanctũ in nos ſpiritũ aduolare ꝛ p̄rne vocis adoptione dei filios fieri. Notandũ vero hic eſt ꝓpter vocabulũ apparitõis ſꝫm Alex. in p̄mo ſumme. Qꝫ apparitio aliqñ dꝛ maifeſtatio facta in aliq̃ effectu intelligibili oblato intellectui. Et ſic dꝛ Sapie. i. c. Apparet aũt his q̃ fidẽ hñt in illũ. Secũdo apparitio dꝛ manifeſtatio facta in aliq̃ ſilitudine corꝑali oblata imaginationi. Et hoc mõ dꝛ matth. ij. c. Angelus dñi apparuit in ſomnis ioſeph. Tercio dicit̃ apparitio manifeſtatio facta in aliq̃ ſilitudine corꝑali ſenſibili oblata viſui. et ſic vſitato mõ dꝛ apparitio. Quarto mõ apparitio dicit̃ manifeſtatio facta ĩ aliq̃ ſigno ſenſibili repñtato ſenſui ſiue illud ſignũ ſit viſibile ſiue audibile. Et hoc mõ apparuit pater in voce in nouo teſtamento. Inſup ſciendũ vt inq̃t ſanctꝰ tho. Qꝫ filius ꝛ ſpũs ſanctus qui ſunt ab alio dicunt̃ nõ ſolũ apparere ſed etiaꝫ viſibiliter mitti. Pater autẽ qꝛ nõ eſt ab alio apparere quidẽ p̄t ſed viſibiliter mitti nõ p̄t. Quis igit̃ tã ineptus tã durus aut tã ꝑtinax de cetero p̄ſumat eſſe vt nõ humili corde ſuſcipiat q̃ de pſonarũ diuinarũ numero origine et ꝓprietate tradunt̃. de celis ad nos veritas iſta deſcẽdit. Nec doceri potuit a thalete mileſio vno ex ſeptem ſapiẽtibꝫ aſtrologo et philoſopho. nõ ab eius auditore anaximandro. nõ ab iſtius diſcipulo anaximane. nõ a diſcipulo anaximanis anaxagora. nõ ab archelao diſcipulo anaxagore. Nõ a famoſiſſimo ſocrate ab anaxagora inſtructo. nõ a platone diſcipulo ſocratis. nõ deniq; ab ariſtotele auditore platonis. q̃ oẽs ſucceſſiue ſcholam tenuerũt vnus poſt aliũ. Non ab oĩbus hmõi p̄his credimus ꝛ ſimpliciter ꝯfitemur patrẽ filiũ ꝛ ſpiritũ ſanctũ tres pſonas ꝛ vnã eſſentiã. qm̃ dignatus eſt deus clemẽtia ꝛ pietate ſua nobis iſta reuelare. O quãtus error vtiq; deteſtandꝰ illoꝝ q̃ fabulã narrare nos putant. cũ xp̄i myſteria p̄dicamus cũ loquimur de pſonis diuinis. dum ſacrũ baptiſma ianuã eſſe celeſtis regni docemꝰ. Ecce baptizatur xp̄s a iohãne. et tãta de ſupnis offerũt ſe teſtimonia diuinitatis ſue. Quare letẽtur cuncti fideles ex aq̃ et ſpũ ſancto regenerati. ſperãtes ꝑ chriſtianã vitã indubitãter poſſe ad eternã beatitudinẽ ꝑuenire. Ad quã nos ꝑducat filius dei q̃ cũ p̄re et ſpiritu ſancto viuit in ſecula ſeculoꝝ. Amen.

¶ Sermo vndecimus de ieiunio fame ꝛ tẽtatione xp̄i ꝓ prima dñica in q̄drageſima.

Ductus eſt ieſus in deſertũ a ſpiritu vt tentaret̃ a diabolo. Scribunt̃ hec verba math. iiij. ca. Docuit nos exemplo ſuo dñs nr̄ ieſus xp̄s equo aĩo ferre q̃q; ardua et difficillima ſi cupimꝰ ad regna celeſtia ꝓperare. qm̃ vt inq̃t Greg. in omelia. Ad magna p̄mia ꝑueniri nõ p̄t niſi ꝑ magnos labores. Et Hiero. ad Paulinum. Nihil ſine magno labore dedit hec vita mortalibꝫ. Ob quod doctor gentiũ et vas electõis dicebat Act. xiiij. ca. Oportet nos per multas tribulationes intrare in regnũ celoꝝ. At et ipſe redemptor oĩm Math. xi. ca. aſſerit. Regnum celoꝝ vim patit̃ et violenti rapiũt illud. Nõ ſuo mõ ꝓtulit Seneca in tragedijs dicens. Non eſt mollis e terris ad aſtra via. Igitur dei filius poſtq̃ȝ baptizatus eſt deſertũ petijt vbi quadraginta diebꝫ et noctibꝫ ieiunauit. Et cũ eſuriret aggreſſus eſt illũ ſathanas. varijſq; tentationũ prelijs eũ credidit ſuperare quod cum facere nequiuiſſet cõfuſus abſceſſit et xp̄o dño angeli miniſtrabãt. Quare vt hec oĩa clariꝰ intelligant̃. noſq; ꝓmptiores reddamur ad penitentie crucem tolerandũ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

atqꝫ animoſius cōſtigamus cum hoſte ma-
ligno. In p̄nti ſermone de ieiunio fame et tē
tatione xp̄i dicem⁹. vbi tria myſteria induci
mus cōtemplanda.
¶ Primum dicit̃ abſtinentie.
¶ Secundum pugne.
¶ Tercium victorie.
¶ Quare xp̄s cōuerſatus eſt inter homines
et quare nō ſemꝑ duxit auſterā vitā ⁊ cur vo
luit ieiunare. ¶ Capitulum primū.

PRimū myſteriū cōtemplandū dicit̃
abſtinētie de q̄ dicit Math. Ductus
eſt ieſus in deſertū. qḋ. ſ. ſc̄m gloſam
eſt inter hieruſalē et ierícho ſecūdo lapide di
ſtans a ierícho iuxta aquas ab heliſeo ſana
tas. et arabes ſtant ibi. Et inde diſcurrebant
et occidebāt tranſeuntes. Iuxta qḋ dn̄s ſcri
pſit parabolā de illo q̄ iter faciebat a hierl̄m
in ierícho. Luc. x. c. Et mō dicit̃ quartana.
Ductus autē ieſus in illud deſertū a ſpiritu
ſancto vt dicit Greg. in omelia. qḋ expreſſe
Lucas ca. iiij. ꝓfitetur. Inq̄t enī. ieſus ple-
nus ſpiritu ſancto egreſſus ē a iordane ⁊ age
batur a ſpiritu in deſertū. Et cum ieiunaſſet
quadraginta diebꝫ et q̄draginta noctibꝫ po-
ſtea eſuriit. Lucas aūt dicit. et nihil mandu
cauit illis diebus. Ubi ꝑ ampliori intelligē
tia tria dubia oriuntur.
¶ Primum eſt de xp̄i cōuerſatione.
¶ Secundum de xp̄i manducatione.
¶ Tercium de xp̄i ieiunatione.
¶ Primū dubiū eſt de xp̄i cōuerſatōe. q̄re. ſ.
nō fuit ſemꝑ in deſerto et ſolitudine ſed vo
luit inter hoīes ꝯuerſari Ad qḋ r̄ndet ſc̄tūs
tho. i. iij. ꝑte. q. xl. Q᷒ ꝯuerſatio xp̄i tal' debu
it eſſe vt ꝯueniret fini incarnatōis ſc̄m quā ve
nit ī mundū Uenit aūt ī mundū. Prīo quidē
ad manifeſtādā veritatē. ſic ipe dicit Io. xix.
c. In hoc nat⁹ ſum ⁊ ad hoc veni in mundū
vt teſtimoniū ꝑhibeā veritati. Et iō nō debe
bat ſe occultare vitā ſolitariā agēs ſed in pu
blicū ꝓcedere publice p̄dicando. Uñ Luc.
iiij. ca. dixit illis q̄ volebāt eū detinere. Quia
et alijs ciuitatibꝫ oportet me euangelizare re
gnum dei q2 iō miſſus ſum. Secūdo venit
xp̄s in mundū ad hoc q͏ꝫ hoīes a peccato li-
beraret. ſc̄m illud. i. ad Thimo. i. ca. Xp̄us ie
ſus venit in hūc mundū peccatores ſaluos
facere. Et iō vt Criſo. dicit. licet in eodē loco
manēdo poſſet oēs ad ſe attrahere vt ei⁹ p̄di
cationē audirēt nō t̄n hoc fecit. p̄bens nobis
exemplū vt ꝑambulemus ⁊ requiram⁹ ꝑeun
tes ſicut paſtor ouē ꝑditā et medicus accedit
ad infirmū. Tercio venit xp̄s in mundū vt ꝑ
ip̄m habeamus acceſſum ad deū. vt dicit̃ ad
Ro. v. ca. Et ita familiariter cū hoībꝫ cōuer
ſando cōueniens fuit vt oībus fiduciā daret
ad ſe accedendi. Ex hoc dr̄ mat. ix. ca. Factū
eſt diſcumbente eo q͏ꝫ in domo ecce publica-
ni et peccatores venientes diſcumbebāt cū ie
ſu ⁊ diſcipul' ei⁹. Sup̄ que verba Hiero. ait
Uideāt peccatores publicanū a p̄ctis ad me
liora ꝯuerſum locū inueniſſe pn̄ie. Et ob id
etiā ipi nō deſperēt ſalutē. Sed ꝯ dicta poſ-
ſet aliq̄s arguere oſtendēs q͏ꝫ xp̄s debuit ſoli
tariā agere vitā. Prīo q2 oportebat ip̄m oſtē
dere ſe nō ſolū hoīem ſed etiā deū. Sed deū
nō cōuenit cū hoībꝫ cōuerſari. dr̄ enī Daniel'
ij. c. Exceptis dijs quoꝝ nō eſt cū hoībꝫ cō-
uerſatio. Et ph̄s dicit in. i. politice. Q᷒ ille q̄
ſolitari⁹ viuit aut eſt beſtia. ſ. ſi hoc ꝓpter ſeui
am faciat aut eſt de⁹ ſi hoc faciat ꝓpter cōtem
plandā veritatē. ergo videt̃ q͏ꝫ nō debuit xp̄s
cū hoībus cōuerſari ſed ſolitari⁹ viuere. Se
cundo debuit xp̄s vitā ꝑfectiſſimā ducere ꝑ-
fectiſſima aūt eſt vita cōtemplatiua. Ad vitā
aūt ꝯtemplatiuā maxīe cōpetit ſolitudo ſc̄m
illud Oſee. ij. c. Ducā eū in ſolitudinē et lo-
quar ad cor eius. g̃ videt̃ q͏ꝫ xp̄s debuit ſolita
riā ducere vitā. Tercio ꝯuerſatio xp̄i debuit
eē vniformis. q2 ſp̄ī eo debuit apparere qḋ eſt
optimū. ſed q̄nqꝫ xp̄s ſolitaria loca querebat
turbas declinās vt Remigi⁹ dicit ſup̄ mat-
theū. Tria refugia legit̃ dn̄s habuiſſe. Na-
uim montē et deſertū. ad quorū alterū quo-
tienſcūqꝫ a turbis ꝯprimebat̃ cōdeſcendebat
ergo ſemꝑ debuit ſolitariā vitā agere. Ad pri
mū argumentū r̄ndet ſanct⁹ Tho. Q᷒ xp̄us
ꝑ humanitatē ſuā voluit manifeſtare diuini
tatē. Et ideo cum hoībus cōuerſando qḋ eſt
ꝓpriū hoīs manifeſtauit diuinitatē ſuā p̄di-
cando et miracula faciēdo et innocent' ⁊ iuſte
inter hoīes ꝯuiuēdo. Ad ſecundū argumen-
tum dr̄ q͏ꝫ vita ꝯtēplatiua ſimpliciter eſt me-
lior q̄ꝫ actiua q̄ occupat̃ corꝑales actus. Sꝫ
vita actiua ſc̄m quā aliquis p̄dicando et do-
cendo contemplata alijs tradit eſt ꝑfectior q̄ꝫ
vita que ſolū cōtemplat̃. q2 talis vita p̄ſuppo
nit abundantiā ꝯtemplationis. Et ideo xp̄s
talem vitā elegit. Ad terciū vero dicim⁹. Q᷒
chriſtus voluit dare exemplū predicatoribꝫ
qui nō ſemꝑ debent eſſe in publico. Ad hoc
aſſignari poſſunt tres rōnes. q2 xp̄s q̄nqꝫ ſe
retraxit a turbis. Prima rō fuit ꝓpter corpo-
ralem quietē. Unde ſcribitur Marci. vi. ca.
Q᷒ dn̄s dixit diſcipulis. Uenite ſeorſum in
deſertū locū ⁊ requieſcite puſillū. Erant enī
qui veniebāt et redibant multi et nec ſpaciū
manducandi hebebāt. Secunda ratio fuit
ꝓpter orōem. Hinc Lucas ca. vi. inq̄t. Exijt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

in mōtē ſolus orare et erat pernoctans in oratōne dei. Ubi dicit Ambro. ꝙ ad p̄cepta virtutis ſuo nos informat exemplo. Tercia rō quare xp̄s qn̄qꝫ retraxit ſe a turbis fuit vt doceret fauorē humanū vitandū. Vn̄ ſuꝑ illud Math. v. c. Vidēs ieſus turbas aſcendit in montē vt ꝑ hoc ꝙ nō in ciuitate ⁊ foro ſed in mōte ⁊ ſolitudine ſedit. erudit nos nihil ad oſtentationē facere. et a tumultibꝫ abſcedere maxime cū de neceſſarijs oporteat diſputare. ¶ Secundū dubiū eſt de xp̄i manducatōe cur vicꝫ xp̄s nō ſꝑ auſterā vitā duxit. vt iohānes baptiſta. nec ſꝑ ieiunauit ſed manducauit ⁊ bibit etiā cū publicanis ⁊ peccatoribꝫ. Ad qd̄ ita rn̄det ſanct⁹ tho. Qꝫ ꝯuenientiſſimū eſt cū q̄s cū alijs ꝯuerſat̄ vt ſe illis in ꝯuerſatōe cōformet ſm̄ illud. i. ad Corinth. ix. c. Oībus oīa fact⁹ ſum. Quare xp̄s ꝯuerſans cū hoībꝫ ꝓpter illoꝝ ſalutē. voluit ſicut ceteri in cibo et potu ſe hr̄e. Sicut enī licita et laudabilis eſt vita illi⁹ qui a ꝯſortio hoīm ſegregatus abſtinentiā ſeruat. ita et vita alteri⁹ q̄ in ſocietate poſit⁹ manducat et bibit. Nā abſtinētia cibi et pot⁹ nō ꝑ ſe ꝑtinet ad ſalutē ſm̄ illud ad Ro. xiiij. c. Regnū dei nō eſt eſca et potus. ¶ Terciū dubiū erat de xp̄i ieiunatōe. Cur voluit in deſerto xp̄s ieiunare. Nō eſt dicēdū ꝙ ad refrenandā ſenſualitatē q̄ erat ꝑfecte obediēs rōni. nec ad eleuationē mētis q̄ erat vnita deo ꝑfecte. nec ad virtutes acquirēdas q̄ erāt oēs ī ip̄o. Ergo ieiunauit ꝓpter nr̄m exemplū. Vn̄ Criſo. ſuꝑ math. inq̄t. Vt diſcas q̄ꝫ magnū bonū eſt ieiuniū et qualiter ſtatutū eſt aduerſum diabolum. et qm̄ poſt baptiſmū nō laſciuie ſed ieiunio oportet intēdere ip̄e ieiunauit nō eo indigens ſed nos inſtruens. Quare aūt tanto numero ieiunauit. Rō eſt ſm̄ Criſoſto. Nec minor videat̄ moiſe et helia qui tot diebꝫ ieiunauerūt. nec vlterius ꝓtraxit: ne diabolus ip̄m ſupra hoīem aliq̄d exiſtimaret dū eximios ꝓphetarū in q̄ꝫtitate dierū ſuperaret. Sed hic querūt nōnulli cū xp̄s nil comederet illis quadraginta diebꝫ et quadraginta noctibus et non eſurierit. A quo facta fuit illa ſuſtentatio vt nō eſuriret. Et ad hoc dicere poſſumus ꝙ tribꝫ de cauſis poteſt aliquis non ſentire famē. Primo ex redundātia glorie aīe in corpus ſm̄ ꝙ datur corpori aliqua qualitas glorioſa ꝑ modū habitus vel diſpoſitionis vt ſit impaſſibile et ſic erit in beatis ꝑ modum habitus immanētis. Vn̄ Apocal̄. vij. ca. dicitur. Non eſurient neqꝫ ſitient ampli⁹ Et ſic potuit fuiſſe ī xp̄o. vt ſicut dimiſit gloriam anime redundare in corpus q̄ꝫtum ad claritatē in tranſfiguratōe per modū diſpoſitionis tranſeuntis ⁊ nō immanētis. ita agere poterat q̄ꝫtū ad impaſſibilitatē hūidi a calore. Secūdo pt̄ aliq̄s nō ſentire famē ex aliqua virtute cibi p̄aſſumpti fortificantis humidū radicale et ſpeciei virtutē. et hoc ſiue illa virt⁹ ſit natural̄ illi cibo ſicut erat ī ligno vite. vel ſuꝑnaturaliter data ſicut in cibo data helie. iij. Re. xix. ca. In cuius fortitudine ambulabat quadraginta diebꝫ et quadraginta noctibꝫ. Sic potuit eſſe in xp̄o ꝙ p̄aſſumpſiſſet aliquē cibū cui talis virt⁹ fuit diuinitus data. Tercio pt̄ ꝯtingere ꝙ aliq̄s nō ſentiat famē ex ſuſpenſione actionis caloris naturalis ꝑ virtutē deitatis immediate ita ꝙ vita remaneat. nulla ex ſuꝑioribꝫ cauſis exiſtēte. Et hoc fuit diuini virtuti ſolū in xp̄o cuius eſſe diuinū erat eē exiſtere illi⁹ hoīs. Si vero diceret̄ ꝙ ex q̄ xp̄s nō eſuriebat ieiunādo nō p̄buit exemplū penalitatis et patiētie. Rn̄dem⁹ ꝙ hoc nō ſequit̄ qꝛ poſtea eſurijt. Inſuꝑ ſicut martyres ꝓpter exceſſum diuine dilectōis et cōformationē volūtatis diuine ⁊ expectationē glorie qn̄qꝫ nō ſentiebāt tormēta nec tn̄ min⁹ merebant̄ aut dabāt exemplū patiētie. Ita hic xp̄s. ſed oīs dubitatio ſoluitur qꝛ poſtea eſurijt. Cōtemplare nūc fidelis aīa illū qui animantibꝫ cūctis alimēta p̄ſtat et vitā ꝓ tuo amore fame ac ſiti q̄ꝫ ſepius laborantē. et cōpatere illi atqꝫ inſpice diligenter quid p̄cipue tribꝫ vicibus inuenit ad comedendū ſiue bibendū. Eſurijt equidē poſt ieiuniū et ante miniſteriū angeloꝝ nō habuit niſi lapides. Eſurijt adhuc in via dum ex bethania deſcendēs ꝑgebat hieruſalē et non inuenit niſi folia ficus. vt ſcribit̄ Math. xxi. ca. Tandem ſitiuit in cruce: et oblata fuit ori eius ſpongia aceto plena. q̄ ſi ad ſenſum miſticum referamus cū ꝯtinuo xp̄s eſuriat ⁊ ſitiat ſalutē noſtrā. Pleriqꝫ illi lapidea corda oī duritie plena p̄ſentant. nec illū timēt nec diligūt vt vel timore vel amore abducant̄ a vicijs. Alij vero folia ſibi et bona verba ſine fructibꝫ p̄bent. ſicut faciebāt phariſei q̄s redarguit Math. xv. c. dicens. Ypocrite bn̄ de vobis ꝓphetauit Eſaias. Populus inq̄t hic labijs me honorat cor aūt eoꝝ lōge eſt a me. nōnulli inſuꝑ acetū ei porrigūt ad bibendū hi ſunt q̄ vel mūdano amore inebriati vel vana ſapiā et curioſitate decepti nō ſolū nō corrigūt ſua delicta. ſed qd̄ graui⁹ eſt detrahūt xp̄o et impia verba ſiue blaſphema temere loquuntur de deo. Aiunt qn̄qꝫ. Si xp̄s ī cruce voluit mori q̄d nob. imputet̄ ſibi. Si de⁹ erat cur nō abſqꝫ ignominia ſue cruc; indul-

ſit humano generi. Et ſilia ſacrilegis buccis
publice reſonãteſ erga xp̃m nulla pietate mo
uent̃. O peſſimũ gen⁹ hoĩm. O mẽtes neqſ-
ſime. O deniq₃ ingratiſſimi peccatoreſ. Su
ſtinuit ſaluator nr̃ ab vtero virginis vſq₃ ad
patibulũ crucis tot labores. tot cruciat⁹ ⁊ pe
nas vt q̃ntum nos diligebat cognoſceremus
Poſt ħo exactos q̃draginta dies ieiunij ſui
voluit ꝓ nobis peccatorib⁹ eſurire.

¶ De tentatione xp̃i quare. ſ. diabolus tenta
uit cũ. qualiter apparuit. et cur chriſtus volu
it tentari. ¶ Capitulũ. ij.

Secundũ myſteriũ ꝯtemplandũ in h
ſermone dr̃ pugne. de q̃ Matthe⁹ ita
ſequit̃. Accedẽs tẽtator. ſ. diabol⁹ vt
patet Luc. iiij. ca. dixit ei ⁊c̃. Ubi tria dubia
ſunt declaranda.

¶ Primum dicit̃ inductionis.
¶ Secundum apparitionis.
¶ Tercium rationis.

¶ Primũ dubiũ declarandũ dr̃ inductõnis
q̃. ſ. motiuo diabol⁹ inductus eſt vt tentaret
xp̃m. virt⁹ nãq₃ eius demonib⁹ nota erat. dr̃
enĩ Luc. iiij. c. Exibant aũt demonia a mul-
tis clamãtia ⁊ dicẽtia q: tu es fili⁹ dei. et in-
crepans nõ ſinebat ea loq̇ q: ſciebãt ip̃m eſſe
xp̃m. Mirũ ergo videt̃ ꝙ diabol⁹ xp̃m ten-
tauerit. nã tentare eſt experimentu₃ ſumere qđ
nõ fit niſi de re ignota. Ad qđ rñdet ſanctus
Tho. iij. pte. q. xli. Et ſic Aug⁹. dicit. ix. li. de
ci. dei. Xp̃s tm̃ innotuit demonib⁹ q̃ntũ volu
it nõ ꝑ id qđ eſt vita eterna ſed ꝑ quedã tpa-
lia ſue virtutis effecta. ex q̇bus quandã cõiec-
turã habebãt xp̃m eſſe filiũ dei. Sed q: rur
ſus in eo quedã ſigna hũane infirmitatis vi-
debãt. nõ ꝓ certo cognoſcebant eſſe filiũ dei.
Et iđ diabol⁹ eũ tẽtare voluit. Hinc ait Cri
ſoſto. Et audiẽs diabolus in xp̃i natiuitate
angelũ paſtorib⁹ annunciantẽ. angelorũ mul
titudinẽ iubilantẽ. iohannẽ digito demon-
ſtrantẽ. pr̃em ĩ baptiſmate teſtificantẽ. ſpiritũ
ſanctũ in colũbe ſpẽ deſcendentẽ et nũc q̃dra
ginta dieb⁹ ⁊ noctib⁹ ieiunantẽ eũ eſſe dei fili
um ſuſpicat⁹ eſt. Sed poſtmodũ vidẽs eum
eſuriſſe ip̃m eſſe dei filiũ plurimũ dubitauit.
Nõ enĩ credebat poſſe dei filium eſurire. Et
Hilari⁹ ſup mattheũ dicit. Tẽtare xp̃m dia-
bolus nõ fuiſſet auſus niſi in eo ꝑ eſuritõis
infirmitatẽ que ſunt hoĩs recognoſceret. Et
Grego. exponẽs illud. Si fili⁹ dei es. inq̇t.
Quid ſibi vult talis ſermonis exorſus. niſi
q: cognouerat dei filiũ venturũ eſſe. ſed ve-
niſſe ꝑ infirmitatẽ corpis nõ putabat. ¶ Se
cundũ dubiũ declarandũ dr̃ apparitõis. q̃li-
ter. ſ. apparuit xp̃o diabolus in hac tentatõe.
Et ad h dicit glo. Omia q̃ de xp̃i tentatõe hic
dicunt̃ corporeis ſenſib⁹ ꝯpleta ſunt. Et ſ᷑m
quoſdã credit̃ ꝙ tentator ille fuit lucifer. pri-
mus pctõr ⁊ maxim⁹ tẽtator. iuxta illud qđ
ſaluator nr̃ dixit Jo. xij. ca. Uenit enĩ prin-
ceps mũdi hui⁹ et in me nõ h₃ quicq̃₃. ¶ Ter
ciũ dubiũ declarandũ dr̃ rõis. Quare. ſ. xp̃s
tentari voluit. Ad qđ aſſignant̃ tres p̃cipue
rõnes. Prima fuit ꝓpter nr̃am inſtructionẽ.
Inſtruxit q̇ppe nos vt ſciremus paratã eſſe
nobis diaboli pugnã a q̃ nullus q̃ntumcũq₃
ſanct⁹ immunis exiſtit. Jđ Hilari⁹ ſup mat
theũ ait. In ſanctificatis maxie diaboli ten-
tamenta craſſant̃. q: victoria magis eſt ei ex-
optanda de ſctĩs. Et ſapiẽs Ecci. ij. c. inq̇t.
Fili accedẽs ad ſeruitutẽ dei ſta in iuſticia ⁊
timore et p̃para aĩam tuã ad tentationẽ. Et
Aug⁹. ꝯ fauſtũ. Nullus eſt hõ tãta iuſticia
p̃ditus cui nõ ſit neceſſaria tẽtatio vel ad ꝓfi
ciendũ vl' ad ꝓbandũ. Et Greg. xxiiij. mora.
Uſus nr̃i itineris nequaq̃₃ ꝑagit̃ ſine mune
re tentatõis. Hic tm̃ orit̃ difficultas qm̃ xp̃s
tentatõi ſe expoſuit. Cũ g̃ eius tẽtatio ſit no-
ſtrũ exemplũ videt̃ ꝙ etiã alij debeãt ſe inge-
rere ad tentationes ſuſcipiẽdas. qđ tm̃ videt̃
eſſe ꝑiculoſum cũ potius tentationũ occaſio
nes vitare debeamus. Ad hoc rñdet ſanctus
tho. ꝙ duplex ẽ tentatõis occaſio. Una q̇dẽ
ex ꝑte hoĩs puta cũ aliq̇s ſe pctõ ꝓpinquũ fa-
cit occaſiones peccandi nõ euitans. Et talis
occaſio tentatõis eſt vitanda. ſicut dictũ eſt
Loth Geñ. xix. c. Ne ſteteris in oĩ regione
circa ſodomã. Alia vero tentatõis occaſio ẽ
ex ꝑte diaboli q̇ ſemꝑ inuidet ad meliora ten
dentib⁹. et talis occaſio nõ eſt vitanda. qm̃ vt
inq̇t Paulus. i. ad Corinth. x. ca. Fidelis de
us q̇ nõ patit̃ vos tentare ſupra id qđ pote-
ſtis. ſed facit cũ tentatione ꝓuentũ. Ex hac
vero tentatõe cũ dei adiutorio deuicta coro-
na victorib⁹ dat̃. Uñ Jaco. i. ca. dr̃. Beatus
vir q̇ ſuffert tentationẽ qm̃ cũ ꝓbatus fuerit
accipiet coronã vite quã repromiſit deus di
ligentib⁹ ſe. Secũda rõ quare xp̃s voluit ten
tari fuit ꝓpter tentatorũ cõſolationẽ vt. ſ. ten-
tatis cõſalationẽ daret. Fuit quidẽ tentatus
ſtatim poſt baptiſmũ qñ. ſ. a patre filius fue
rat appellatus. et ſpũs ſanct⁹ in columbe ſpe
cie manſerat ſuꝑ eũ et celi ſibi viſi ſunt aperi-
ri et dieb⁹ quadraginta et noctib⁹ ieiunaue-
rat vt daretur intelligi ꝙ ſi aliq̇s tentat̃ ꝓpter
hoc non eſt minus dei filiatione dignus nec
ſua penitẽtia deo eſt minus accepta. Tercia
ratio quare xp̃s tentari voluit fuit ꝓpter dia
boli cõfuſionẽ vt ipe dolo inuidia et malicia
plenus ſuperatus a xp̃o ꝯfuſus abiret. ſicut

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

apparebit in ſequentibus.

¶ Qualiter xp̄s ſuperauit oēs diaboli tentationes et de mō illarū tentationū.

Capitulum terciū.

Terciū myſteriū ꝯtemplandū de dn̄o ieſu xp̄o ē victorie. Vicit nāqꝫ diabolū q̄ ſpirituale hoīem nō ſtatim de peccatis grauibꝫ tentat. ſed paulatim a leuioribus incipit vt ad grauiora ꝑducat. Jccirco de triplici vicio conatꝰ eſt xp̄m tentare.

¶ Primo de gula.

¶ Secundo de inani gloria.

¶ Tercio de auaricia.

¶ Primo tentauit xp̄m de gula dicens. Si filiꝰ dei es dic vt lapides iſti panes fiant. hic Hiero. ita loquit̄. Vane agis demon ſi filiꝰ dei eſt decipi nō poterit. ſi purus hō lapides in panē ꝯuertere non valebit. Tn̄ multa fuit aſtutia diaboli qꝛ cogitabat intra ſe. Si faciat qd̄ ſuadeo cognoſcā ip̄m eē deū. ſi nō faciat adducā eū ad ꝓſumptionē faciēdi. Nec tēptauit eū de cibis delicatis ſꝫ tm̄ ne ceſſarijs. qꝛ arbitrabat̄ eū virū bonū q̄ tm̄ ſi purus hō fuiſſet nō deꝰꝓſumens lapides ī panes conuertere vt corporali ſue fami ſubueniret. ob hāc inordinationē viciū gule incurreret. At xp̄s q̄ deus verus erat lapides ī panes ꝯuertere noluit qd̄ vtiqꝫ facere potuiſſet. qꝛ miracula fienda erāt ad vtilitatē fideliū nō ad inſtantiā diaboli. nō enī diabolꝰ ſupplicat ſꝫ tēptat. Anno vero ſequēti pia mr̄ impetrauit ꝙ aquā in vinum cōuerteret in chana galilee. Rn̄dit itaqꝫ diabolo xp̄s vt ſic dubius remaneret atqꝫ deuictuſ. Scriptū eſt enī Deutro. viij. c. Nō in ſolo pane viuit homo: ſed in oī verbo qd̄ ꝓcedit de ore dei. qd̄ p̄t intelligi de verbo p̄dicato q̄ aīa viuit ꝑ gratiā vt ſit ſenſus. Sicut panis eſt cibꝰ corꝑis ita cibꝰ ſcripture eſt cibꝰ aīe. Vn̄ et xp̄s dixit Jo. ca. vi. Verba que ego locutus ſum vobis ſpiritus et vita ſunt. tāte efficacie ꝟba xp̄i fuerūt tāqꝫ grauiter doctiſſimeqꝫ ꝓlata vt neſciret diabolus aut ꝯdicere aut replicare Quare ꝓceſſit ad id in q̄ ſpūales viri q̄nqꝫ deficiūt vt. ſ. aliq̄ ad oſtentationē operent̄ qd̄ ꝑtinet ad inanē gloriā. Jō ſcd̄o de hoc vicio ip̄m tētauit Jnq̄t nāqꝫ Math. tunc. ſ. finita p̄ori tentatione aſſumpſit eū diabolus. Qd̄ p̄t dupliciter intelligi. Vno mō ꝙ ſup̄ ſe acceperit. Et ſicvt dicit Grego. Mens hoc refugit humana. et hoc audiens expaueſcit. ſed nō eſt mirū ꝙ ꝑmiſit ſe ſic a diabolo aſſumi. ſi conſideret̄ ꝙ ꝑmiſit ſe a mēbris diaboli. ſ. ex eius inſtigatione flagellari et crucifigi. Alio mō p̄t intelligi ꝑ cōcomitationē q̄ſi dicendo venias mecū. ſic̄ matheꝰ. xvij. c. Aſſumpſit ieſus petrum iacobū ⁊ iohannē. et Luc. xviij. Aſſumpſit duodecim diſciplos ⁊c̄. diabolꝰ itaqꝫ aſſumpſit xp̄m vel p̄mo mō vt dictū eſt. Et ꝟm Criſo. Agebat ꝯtū in ſe erat vt ab oībꝰ videretur. Et xp̄s diabolo neſciēte faciebat vt nemo illū videret. Vel aſſumpſit eū ſcd̄o mō in ſanctā ciuitatē. i. hierl̄m q̄ ſic noīat̄ qꝛ diuino cultui erat deputata. Et ſtatuit eū ſup̄ pinnaculū tēpli. Quidā dicūt ꝙ pinnaculū erat locus eminens ſiue pulpitū vbi lex ꝓmulgabatur. Nico. vero de lira dicit. ꝙ erat tectum templi qd̄ erat deſuꝑ planū. qꝛ ſic fiebāt tunc domus paleſtinoꝝ. Dixit ḡ diabolꝰ xp̄o. Si filius dei es mitte te deorſum. Scriptum eſt enī. ſ. in p̄s. Angelis ſuis deus mādauit de te vt cuſtodiāt te ī oībꝰ vijs tuis. q̄ ſcriptura ꝟm Auguſ. de mēbris dr̄ nō de xp̄o. Allegauit vero diabolꝰ ſcripturā. qm̄ in priori pugna fuerat a xp̄o ꝑ ſcripturā ꝯcluſus. Sed ip̄e deꝰ incarnatus iteꝝ ſibi rn̄dit. Scriptū eſt Deutro. vi. c. Nō tentabis dn̄m deū tuū. Dn̄m q̄s tentat cū hꝫ naturali auxilio vel rōne q̄d faciat. et tm̄ ꝯmittit ſe ꝑiculo. vt experiatur an deꝰ poſſit vel velit liberare. Mittere itaqꝫ ſe deorſum ꝑiculū erat ꝟm naturā. ⁊ miraculū facere tūc nō erat expediēs. ¶ Tercio diabolus tentauit xp̄m de auaricia. ꝑduxit quidē tentationē ad id qd̄ iā nō eſt ſpūaliū virorū ſcꝫ. carnaliū. ſ. vt diuitias et glām mūdi cōcupiſcāt vſqꝫ ad ꝯtemptū dei. Et iō in primis duabꝰ tētationibꝰ dixit. Si filiꝰ dei es. nō aūt ī tercia q̄ nō p̄t ſpūalibꝰ cōuenire. Sequitur ergo euāgeliſta. Jterū aſſumpſit eum diabolꝰ in montē excelſum. q̄ ꝟm aliq̄s diſtat a loco quarantane ſiue ieiunij duobꝰ miliaribus. Et on̄dit ei oīa regna mūdi. ꝟm Criſo. Nō eſt intelligendū ꝙ videret ip̄a regna vel ciuitates vel aurū vel argentū. Sed ꝑtes in q̄bus vnumq̄dqꝫ regnū vl̄ ciuitas poſita eſt Diabolus ḡ digito demōſtrabat. et vniuſcuiuſqꝫ regni honorē et ſtatū verbis exponebat. Vel ꝟm Rabanū on̄dit quia vanitatē pompe mūdane quā ip̄e diabolus diligebat ꝙ̄ ſpecioſa ſit et deſiderabilis verbis demonſtrauit. vt ad amandā illā ip̄m induceret. vel ꝟm Origenē on̄dit ei quō ip̄e ꝑ diuerſa vicia regnabat in mūdanis. in quibuſdā. ſ. ꝑ ſuperbiam. in quibuſdā ꝑ auariciā. in quibuſdā ꝑ luxuriā. vt exemplo multitudinis poſſet ad cōſentiendū faciliꝰ inclinari. Prima expoſitio magis ꝯſonat littere ſancti euāgelij. Propterea vt ſcribit Lucas. iiij. c. diabolꝰ dixit. Omnia mihi tradita ſunt ⁊ cui volo do illa Mentitus eſt q̄ eſt mendax et pr̄ mendacij.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

qꝛ vt inq̄t dauid in p̄s. Dn̄i eſt terra et plenitudo eius orbis terrarū et vniuerſi qui habitant in eo. Et iterū. Tui ſunt celi et tua ē terra orbis terre ⁊ plenitudinē eius tu fundaſti. Mēdacio itaq̄ ſuo ſatagebat diabolꝰ xp̄m ſeducere. Et ſubdidit. hec oīa tibi dabo ſi cadēs adoraueris me. Tūc dixit ei ieſus. vade ſathana. ſ. ſm Hiero. i. infernū q̄ paratꝰ eſt tibi et angelis tuis. Scriptū eſt enī. Dn̄m deū tuū adorabis ⁊ illi ſoli ſeruies. Nō dixit hec verba exprobratiua in p̄ma et ſc̄da tentatōe. ſed i iſta qꝛ hic diuinū vſurpare volebat honorē. Tūc reliq̄t eū diabolꝰ et ecce angeli acceſſerūt et miniſtrabāt ei. Reliquerāt enī angeli ip̄m ieſum vt dicit Nico. de lira ad tp̄s vt diuinitas eiꝰ diabolū magis lateret et vt cōuenientiꝰ locū tentādi hrēt et vt victoria ip̄iꝰ xp̄i excellētioꝛ appareret ex h̄ q̄ ſolꝰ ip̄m deuinceret. Et iō victo tentatore et p̄ ꝯfuſione recedēte acceſſerūt angeli et miniſtrabant ei ſic̄ vero dn̄o ꝓprij ſerui. Et q̄ apparet diuinitas xp̄i qꝛ nulla natura eſt ſup̄ angelicā niſi diuina. Credunt aūt miniſtraſſe illi etiā cibum naturalē. ſicut fecerūt helie. Inſup̄ cibarunt illū ſp̄uali delectatōe collaudādo et bn̄dicendū ſanctū nomē eius. qđ et nos ſemper benedicamꝰ in ſecula ſeculoꝝ. Amen.

Sermo duodecimꝰ de dulciſſimo admirandoq̄ ſpectaculo tranſfiguratōis xp̄i.

Duxit illos in mōtem excelſum. Scribunt hec verba Mat. xvij. c. Rem grandē atq̄ mirabilē opatus eſt xp̄s in ſua trāſfiguratione iocunda. Ad cuiꝰ ſpectaculū delectabile ad oēs ap̄los voluit adeſſe. Tū qꝛ ſecreta nō ſunt oībꝫ reuelāda. tū qꝛ debēt a maioribꝫ in alios deriuare ſicut fit in celeſti ierarchia. vt refert Dioniſiꝰ. Tū etiā vt Damaſ. dicit. Ne iudas indignus interueniſſet q̄ nec ſolꝰ repellēdꝰ erat ne ad inuidiā indignationēq̄ ꝓuocaret. Admiſſi ſunt vero tres. Petrus ꝓpter ꝓrogatiuā feruoris fidei. Johānes ꝓpter excellentiā virginitatis. et Jacobꝰ ꝓpter prioritatē martyrij. qꝛ primꝰ ſuſtinuit martyriū ꝓpter xp̄m. vt pꝫ Actuū. xij. c. His reuelata ſunt altiſſima myſteria xp̄i q̄ nullus valeret ingenio ac ꝓprijs ſenſibꝫ cōprehendere. Que tn̄ poſtmodū ab eis p̄dicata ſunt et ab euangeliſtis deſcripta ad vtilitatē ⁊ eruditionē noſtram. Propterea vt mens nr̄a illuſtret veritatis ſplendore. et dn̄m xp̄m pio veneremur affectu. in p̄ſenti ſermone de triplici ſublimi excelſaq̄ dignitate ſaluatoris nr̄i, dicemus quā tribꝫ diſcipulis p̄noīatis in ſua tranſfiguratione monſtrauit.

Prima dicit claritatis.

Secunda ſuperioritatis.

Tercia equalitatis.

De claritate corꝑis xp̄i in tranſfiguratiōe in qua monſtrata fuit diſcipulis dignitas eius. Capitulum primū.

Prima ſublimis et excelſa dignitas dn̄i ieſu xp̄i tribꝫ ap̄lis demōſtrata dr̄ claritatis. vt enī inq̄t matheꝰ. Trāſfiguratꝰ eſt an̄ eos. nō q̄ mutauerit liniamēta corꝑis vel amiſerit priſtinā formā et faciē vt Hiero. ait. ſed ꝓpter claritatis vultꝰ eius immenſitatē de q̄ dr̄. Reſplēduit facies eius ſicut ſol ⁊ veſtimēta eiꝰ facta ſunt alba ſicut nix. Placuit aūt ſibi ſic trāſfigurari ⁊ claritatem oſt̄dere. qm̄ p̄nunciata paſſione ſua diſcipulis vt ſcribit math. xvi. c. illos induxit ad ſue paſſionis ſequelā dicēs. Si q̄s vult poſt me venire. ſ. meā doctrinā et facta ſequendo abneget ſemetip̄m. i. affectū humanū non ſolū meā paſſionē nō impediēdo ſed etiā me in hoc imitādo. et tollat crucē ſuā. i. paratꝰ ſit in animo volūtarie crucē portare in q̄ crucifigatur ignominioſe ſm Nico. de lira. Oportet aūt ad hoc q̄ aliq̄s directe ꝓcedat in via q̄ finem aliqualiter p̄cognoſcat. Et p̄cipue qn̄ via eſt difficilis aſpera et laborioſa. finis vero iocundꝰ. Cū ḡ xp̄s ꝑ ſuā paſſionē ad h̄ ꝑuenerit vt gloriā obtineret nō ſolū aīe quā habuit a p̄ncipio ꝯceptōis ſed etiā corporis ſm illud Luc. vlti. ca. Oportuit pati xp̄m et ita intrare in gloriā ſuā. Ad quā etiā ꝑducit eos q̄ veſtigia ſue paſſionis ſectant. Iō ꝯueniens fuit vt diſcip̄lis gloriā claritatis oſtēderet. cui ſuos electos cōfigurabit. Vn̄ Paulus ad philip. c. iij. dicebat. Saluatorē expectamus dn̄m ieſum xp̄m q̄ reformabit corpus humilitatꝭ nr̄e cōfiguratū corꝑi claritatis ſue. Sed vt ꝑs iſta lucidiꝰ explanet tria erunt dubia declaranda.

Primū vtrū claritas illa quā xp̄s oſn̄dit in facie fuit in eius corꝑe ſicut in ſubiecto.

Scd̄m vtrū illa claritas fuit glorioſa.

Terciū vtrū ꝑ claritatē cōuenienter ſignificetur gloria corporū beatoꝝ.

Ad primū dubiū rn̄det Alexan. in. iij. volumine ſumme. Qꝫ claritas illa fuit in corꝑe xp̄i tāq̄ in ſubiecto nō tm̄ in aere circumſtāte. Inq̄t enī Lucas. ix. c. Facta eſt dū oraret ſp̄ēs eiꝰ altera. i. alterata vt dicit glo. qđ nō p̄t eſſe niſi fieret immutatio circa ip̄am. Aliter tn̄ erat claritas in veſte. et aliter ī corꝑe. qꝛ in corꝑe erat ab exteriori vt dicetur. et ita vt in

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf